✠

VERITAS
A CALUMNIJS VINDICATA,
SIVE
APOLOGIA PRO OTIO COMPLUTENSI
contra calumniam Gregorij
Majanſij.

VERITAS
A CALUMNIJS VINDICATA
SIVE
APOLOGIA PRO OTIO COMPLUTENSI
contra calumniam Gregorij Majanſij.

AUTHORE

DOCT. D. IOACHIM IOSEPH VAZQUEZ ET MORALES, J. C. Matritenſi, Divi Iacobi ſtemate inſignito: in Maiori Ildephonſiano Lycæo Academia Complutenſi iam Hoſpite, & in eadem Univerſitate Decretalium Cathedræ Moderatore.

AD EXCELLENTIS.MUM DOM. D. IOSEPHUM Patiño, &c.

SUPERIORUM PERMISSU.

COMPLUTI. Anno Domini M.DCC.XXXIV.

EXC.MO DOMINO

D. IOSEPHO PATIÑO,

PERILUSTRI COMMENDATARIO de Alcueſca, Ordinis Divi Iacobi. Aurei Velleris Equiti digniſsimo. Olim animo generali pro rebus marinis Intendenti, in ſupremoque Ordinum Senatu togato doctiſsimo, atque meritiſsimo. Nunc verò in Regij Patrimonij Conſilio inclito Præſidi, univerſaliſsimo Superinſpectori. In, & pro Indiarum, Maris, Bellicis, Status, Regaliumque divitiarum rebus, à Maieſtatis Catholicæ ſecretis aſſumpto, ex millibus electo.

NOSTI Iam pridem, Domine Excellentiſsime, vel in minimis, quæ ſolùm potui, quanta ſit mea erga te religio, quan-

VERITAS
A CALUMNIJS VINDICATA,
SIVE
APOLOGIA PRO OTIO COMPLUTENSI, contra calumniam Gregorij Majanſij.

1 ADHUC non benè vulgáto *Otio* meo *Complutenſi* (Sapientiſsimi, & venerandi Juriſprudentiæ noſtræ Magiſtri) venit in manus meas Gregorij Majanſij noviſsimi Scriptóris libellus , qui paucis pagellis (vti Auctor moris habet) imbutus eſt, in me jactis, turpiſsimis dicterijs , & calumnijs. Cùm autem illius furóri non aliam viderem , vel minimam præſtitiſſe cauſam, niſi quia aliqua eius *in lib.* quodam *Diſputat.* opinamenta minus ſecúra, minus juris ratióni cónſona, quód de verbis magis , quàm de re curáret , ſyncéro ſtudio correxiſſem; omnia legi ſeréno, pérlegique ánimo libentiſsimo; inſtar oprobrij mihi futurum fuiſſe cognoſcens , ſanum de me judicium cepiſſe adeò acris ſtyli hominem , qui de primis, & clarioribus Legalis ſcientiæ noſtræ Aſtris tam pravè ſentit , vt jam videritis *in libris ſuorum Epiſt.lib.5.epiſt.5.* vbi, quam Majanſianam inſeruit Bibliothecam , meliùs ego inſcriberem ſeveriſsimam criſim ſuper omni-